



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De mortuo, qui petiuit missas tres in ordine nostro, cap. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

APOLLONIVS: Miror vtrum plus mortuis valcat orationes vel eleemosynæ. CÆSARIVS: Audi de hoc solutionem cuiusdam mortui.

CAPUT XXXII.

Quidam post mortem amico suo apparens, cum ab eo interrogaretur, vtrum sibi magis vellet ius plus impendi orationes siue eleemosynas. Respon- dit: Eleemosynas, eleemosynas; orationes enim tibi orationes dæ sunt. Hic denotè justorum orationes * excluduntur, quæ penetrant cœlos. APOLLONIVS: Quid sentis mosyna. de Missis? CAESAR. Nulla oratio, nulla eleemosyna, * scilicet ad erēptionem animarum, Missæ potest comparari. In deest Missa Christus orat, cuius corpus & sanguis eleemosy- non. næ sunt. Has eleemosynas pauper quædam anima sibi Eccli. 35 dari post mortem rogavit, sicut sequens docet exéplū,

CAPUT XXXIII.

ADolescens quidam nobilis ad Claramuallem veniens, receptus est in Conuersum: qui non alta sapiens, sed humilibus consentiēs, ad quādam grāgiā missus, factus est ibi opilio ouium. Qui cū die quadam oves sibi commissas in agro pasce- ret, apparuit ei quidam suus consobrinus in adolescē- tia sua defunctus, de cuius inopinato aduentu dum admiraretur & diceret: Vnde tam citò aduenis, & quid quaris? Respondit ille: Mortuus sum, & pœnis maxi- mis crucior. Et Conuersus: Poteris iuuari, necne? Re- spondit: Si potero habere tres Missas in ordine vestro, mox liberabor. Audiens hoc Conuersus, cum licentia magistri sui ad Claramuallem festinavit, & quid viderit vel audierit Priori reuelans, tres Missas, iā dicto im- pendī defuncto, eius gratia supplicauit: cui Prior gra- tanter annuens respondit: Ego vnam celebrabo, alias duobus sacerdotibus iniungam. Dictis verò Missis, mortuus iterum Conuerso apparens in prædicto agro, gratias egit, & dixit: Beneficio trium Missarum, quæ pro me dictæ sunt, ab omnibus pœnis meis liberatus sum. Nec mirari debes, si tantum valet Dominici cor- poris immolatio, cū quibusdam animabus ad libera- tionem proficit breuis verborum absolute.

